



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De Censvris Romano Pontifici Reservatis

Ugolinus, Bartholomaeus

Venetijs, 1609

Vers. Seu imponi, vel augeri prohibita exigunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](#)

sita, vel illicite; ac de illicite im-
positis non est dubitandum, non
etiam de licite impositis, quoniam
hic prohibentur, ut in initio pe-
misimos.

Hanc tamen poenam evadunt
huius, quos dicitur eam euadere
in auctoritate regulas ob eas
dem rogationes. Et idcirco seruissi-
sima Venetorum Res publica iusta-
te Vecigalia imposta etiam au-
gere sine excommunicationis me-
tu potest, ut & supra uidimus, &
diximus. Domini nostri Iesu Christi
cognoscitur ista. C. ne exageremus.

Vers. Seu imponi, vel augeri
prohibita exigunt.

I Exigentes uectigalia prohibita impos-
ni, vel augeri, id est non a uectigalia
in excommunicationem incident, que
excommunicatione declaratur, quoniam
patet.

Hic excommunicantur, qui ex-
igunt uectigalia prohibita
imponi, vel augeri, ut dicitur in
uersiculis. Quod aut dilucidius sit,
primitrèndâ duo sunt. Primum
que uectigalia prohibita sunt im-
poni, vel augeri, alterum a quo
bus permisit uectigalia exigere
nequeant.

Quoad primum igitur uectiga-
lia prohibita imponi, vel augeri
sunt primo ea, que imponuntur

aut pro rebus, quas pro se, sua
que familia quis fert, aut pro re-
bus tuis, aut pro rebus, quae infor-
muntur pro colegendis tuis labo-
ris in universi. C. de vecigia. Ita
prohibita sunt noua uectigalia, q
que sunt ea, que supra diximus in
principio huius Capitis, & de
hoc satius. Noq[ue]m iolis amissione
Quoad alterum, ut paucis illis
Iud absolutum, concludendum
est communis iure neque ab Ec-
clesia, neque ab Ecclesiasticis per
sonis exigere posse, ut habetur in
ca. quanquam de Censib[us]. His
sic præmissis, iam regulam ponan-
mus.

In excommunicationem hanc
igitur incident, † qui exigunt ne-
ctigalia prohibita imponi, vel
augeri, ut dicitur in versiculis.
Quæ regula his modis declara-
tur.

Nam primo locum habet ex-
communicatio hæc in eo, qui exi-
git prohibita ratione rerum, id
est de rebus, super quibus impo-
ni nequeunt, ut supra diximus per
l. universi. C. noua uectigal. atque
sic sensit Caietanus Simeon in verb.
Pedagium. uersiculus. Sed ad hoc
ut exigentes incurvant hunc ca-
nonem, etenim & qui ea impo-
nunt, modo ea imponendi pote-
statem non habeant, in excom-
municationem incident, ut supra
uidimus.

Secundo locum habet hæc ex-
communicatio in eo, qui exigit
uectigalia ab eo imposta, qui

K 2 non

non potest, esto alias licita sint, atque sic sensit Caieta. in Sum. eod. etenim & vestigalia imponi prohibita & ea sunt, quæ imponuntur ab eo, qui facultatem eam non habet.

Tertio excommunicatio afficit eum, qui vestigalia exigit, quæ antiquitus alibi imposta sunt, sed non ibi, ubi exigit, & sic pronouis ibi habentur, noua enim vestigalia dicuntur etiam respectu loci, ubi exiguntur, non habito respectu, an secundum se licita sint, alibive sint imposta, fieri enim potest, ut transeuntes per Montem Scutulum patriam meam pro suis personis licite pedagium soluant ob longam consuetudinem, cuius memoria in contrarium non sit, iuxta capitul. super quibusdam. §. præterea. de verbo. significa. a transeuntibus autem per Montem columbarum minus licite id exigatur, quoniam oppidum illud ius exigendi non habet.

Quarto excommunicatio hæc afficit exigentes hæc vestigalia quicunque sint, siue qui ea impo- suerunt, siue eorum hæredes, siue successores, siue conductores eorum, siue famuli ad exigendum ptopositi, tum quod sim- pliciter excommunicantur qui exigunt, nec distinguit Bulla qui nam sint, ergo nec nos distingue- re debemus. argument. l. de pre- tio. ff. de publ. in rem acti. tum quod Bulla excommunicat om-

nes, qui imponunt talia, & exi- gunt, ut in principio huius Capituli habetur, ad quod referuntur etiam, qui exigunt, ut per se patet, ergo nemo excluditur. argumen- leg. Julianus. ff. de lega. 3. atque sic dixit de hærede imponen- tis, de publicano, & conductore, nec non de famulo ad exigendū proposito. Nauarr. in Man. capit. 27. numero 61. versicul. Quarta, & Iacob. de Graff. libro 4. decis. cas. consc. in expositione Bullæ Cœnz Domini. numero 69. & de conductore facit C. de exactor. trib. lib. 11.

Quinto excommunicatio hæc afficit etiam eos, qui capiunt personas, & ad eum ducunt, qui exigit huiusmodi vestigalia, quod faciunt saepius Beruarii hic Barbiani, quamvis hic licite exigantur, quod tamen id ve- rum sentio, ubi alias exacta ob fugam non fuissent, argument. Clement. primæ. iunct. Gloss. de se- pult.

Sexto excommunicatio afficit eos, qui imponunt quempiam ad ea exigenda, atque sic dixit Iaco. de Graff. ibid. nam hi propriè fa- cere dicuntur, ex quo per alios id agunt, alioquin contingeret vi- lem personam, quæ exigit, saepius excommunicari, potētem virum autem qui hæc exigenda curat, poenam euadere, quod absurdum est. argumen. cit. Clemen. 1. iunct. Gloss. Hi omnes ergo in excom- municationem incidunt, iam qui

pa-



pœnam hanc effugiant, explicemus.

S V M M A.

- 1 Vectigalia accipiens a sponte dante in excommunicationem non incidit.
- 2 Exigere vectigal quando quis dicitur.
- 3 Inuitus soluere vectigal quis dicitur.
- 4 Vectigalia exigens quando in excommunicationem non incidat.

L

S. Qui caput hoc offendendo in excommunicationem incidunt, vidimus, iam qui pœnam hanc euadant, videamus.
 1 Primum igitur in excommunicationem hanc non incidit, qui recipit hæc a laico sponte soluente, nam Bulla inquit Exigunt, & sic excommunicat exigentes, at texi gere est extorquere ab inuito, qui non vult soluere. argument. leg. soluendo, iunct. Glos. exigere. ff. de negot. gest. & l. fideicom. missa. §. si rem, iunct. Gl. exegerat, ff. de leg. 3. ergo secus si a sponte dante recipiat, atque sic dixit Angel. in verb. excommunicatio. §. cas. 19. & Tabi. in verb. Excommunicatio. §. cas. 19. numer. 1. & 2. & Caietan. in Summ. in verb. excommunicatio. cap. 39. versic. Et quia exigere, & in cap. 71. versicu. Secundum est, & Nauar. in Man.

cap. 27. num. 61. versi. Quarta, ab inuito laico, igitur ubi quis accipit, in excommunicationem hæc incidit, alias non, quamvis cōtrarium sit, si a clericis sponte dantibus accipient, nam in excommunicationem incident huius Bullæ positam infra. capitul. 18. & ut dicit Tolet. in Bulla Cœnæ Domini, Excommun. 3. in fin. ¶ Inuitus autem soluere is quoque dicitur, qui soluit rogatus, ut solueret tanquam debitum, esto tuis non adhibetur, ut inquit Caietan. & Nauar. ibid. Multo magis ergo, ubi ipse, vel res detinerentur, vel minæ inferrentur.

4 Secundo loco ¶ in excommunicationem hanc non incidit, qui probabiliter ignorans vectigalia illicita esse, ea exigit, vel ignorantia iuris, vel facti sit. argument. capitul. Apostolicæ. de cler. excommunic. min. & capitul. 2. de constitut. libro sexto. atque sic dixit Nauarr. eodem capitul. numer. 61. versicul. Quarta, ibi excusari tamen posset. Quare famuli, & rudes homines, qui saepius ad hæc exigenda præponuntur ad portas, & ad alia loca, pœna hanc euadent, ubi hoc probabiliter ignorant, sicut & qui conducunt ab aliquo Principe dicta vectigalia, & ob id existimant iure imposita esse, atque sic sensit Jacob. de Graft. ibid.

Tertio in excommunicationem hanc non incidit, ubi quis vectigalia licita, & permissa ab

iis exigit a quibus iure non licet, ut pote a clericis pro rebus suis, nam et si alias vestigalia licita sint, illicitè tamen ab his exiguntur, quamvis quod noua nonsunt, in excommunicationem hanc non incidant, sed in eam, quæ habetur in ca. quanquam de cœl. lib. 6. atque sic dixit Nauar. in Man. capitulo. 27. numero. 61. versicu. Quinta. & Caieta. in Sunm. in verb. Pedagium. ver. Et quia verba propriè intelligenda sunt, etenim per hanc Bullam illicita perse tantum prohibita sunt, non alia, ut dixit Caiet. ibid.

Quarto in excommunicatione hanc non incidit, qui inuitus ea exigit, ut pote præficitur quis a Principe huic muneri inuitus, sed quia repugnare ob probabilem metum non audet, ob eam rem in excommunicationem non incidit. argumēt. eorum, quæ tradunt DD. in capit. sacris. de iis, quæ vi metu ve caus. sunt, atque sic dixit Angel. in verb. Pedagium. numer. 6. versicu. Verum est, quod subditus.

Quinto in excommunicatione hanc non incidit, qui antiquitus licite imposita, sed ob aliquam causam diu intermissa rursus exigit, exempli gratia Civitas, quæ iusta vestigalia exigebat in ditio nem alicuius Principis venit, & eo tempore vestigalia nō ex igit, modo pristinam libertatem adepta, vetera vestigalia exigens non offendit, & ob id in excommuni-

cationem, vbi singularis personæ est, non incidit, ut dixit Sylvestr. in ver. Gabella, 3. nu. 5. versic. Ad uertenda sunt quædam.

Sexto in excommunicationem hanc non incidit priuata persona, quæ cum ad id obligata nō sit, pecuniam ab aliquo accipit, quo eum tutum per aliquem locum ducat, nam hic iuste locat suas operas, ex quo ad eas gratis prestandas non tenetur, atque sic dixit Ioan. Andr. quem refert, ac sequitur Abb. in capit. super qui busdam. num. 7. versic. Sed dubitari posset, & Sylvestr. in verb. Gabella, 3. nu. 6. versi. Tertium, quod priuatus, & Tabien. in verb. Pedagia, num. 5. versic. Quarto dubitatur.

Postremo in excommunicationem hanc non incidit, qui dolo vestigalia exigit, ut pote aggreditur quis homines in via, & cogit soluere Gabellam, inquiens, se ad id propositum esse, cum non sit, nam hic tenetur poena concussio nis. argument. titul. ff. de concuss. non autem hac poena, quæ in eos infertur, qui suo iure vestigalia hæc exigere sibi persuadent, sed de hoc capite satis, ad aliud venia mus.

De

